Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Securitamini inquit septuaginta. Dicit autem iohannes se esse uocem non clamantem in deserto. sed clamantis in deserto. eius scilicet qui stabat et clamabat. Siquis sitit ueniat ad me et bibat. clamat enim ut distantes auditu capiant. et grauitatem huiusmodi auditum sentiant immensitatem eorum que dicuntur. Theophil. Vel quia ueritatem manifeste annuntiant. omnes enim qui in lege erant obscure loquuntur. Greg. Vel in deserto iohannes clamat. quia derelicte ac destitute iudee solatium redemptoris annuntiat. Orig. Opus autem uocis in deserto clamantis est. ut anima deo destituta ad rectam faciendam uiam domini reuocetur. nequaquam prauitatem serpentium gressus prosequendo. sed in contemplationem quidem sublimatam in ueritate absque permixtione mendacii. et in actionem post congruam speculationem rectum opus referentem. Unde sequitur. Dirigite uiam domini sicut dixit ysaias propheta. Greg. Via domini ad cor dirigitur. cum ueritatis sermo humiliter auditur. Via domini ad cor dirigitur. cum ad preceptum uita preparatur. Orig. Post hac responsione sacerdotes et leuitas denuo missum est a phariseis. Unde dicitur. Et qui missi fuerant erant ex phariseis. Quantum enim ex ipso sermone conicere contingit. dico tantum esse hoc testimonium. Vide tamen quomodo sacerdotalem et leuiticam personam est cum mansuetudine preparatam ullo modo. tu quis es. Pharisei arrogantes ut proterui in questione eorum

Et hi qui missi fuerant erant ex phariseis. Et interrogauerunt eum et dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu non es Christus. neque helyas. neque propheta. Respondit eis dicens. Ego baptizo in aqua. medius autem uestrum stetit quem uos nescitis. Ipse est qui post me uenit. qui ante me factus est. cuius ego non sum dignus ut soluam corrigiam calciamenti. Hec in bethania facta sunt

continentur. sed amicta de certitudine uerbos omnium ministros. Sed pharisei per suum nomen diuisi et importuni ex discordia contumeliosas uoces pretendunt baptiste. Unde sequitur. Et dixit ei. Quid ergo baptizas si tu non es Christus. neque helyas. neque propheta. Non quasi scire uolentes. sed prohibere eum a baptismo. Deinde uero nescio quo pacto prorumpunt ad baptismum. ueniunt ad iohannem. Huius autem causa est quia pharisei non credentes accedunt ad baptisma. sed ex ypocrisi. cum timerent populum. Crisostomus. Vel ipsi idem sacerdotes et leuite ex phariseis erant. Et quia blandiciis eum non ualuerunt supplantare. accusationem ei immittere temptauerunt. cogentes eum dicere quod non erat. Unde sequitur. Et interrogauerunt eum et dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu non es Christus. neque helyas. neque propheta. Quasi audacie imputatur esse baptizare. si Christus non erat. nec precursor illius. nec preco id est propheta. Greg. Sed sanctus quisque etiam peruersa mente requiritur. a bonitatis sue studio non mutatur. Unde iohannes quorum ad